

mis manentibus predicte de decisione non obstant nec ad
quesita aliud operantur. Ego Ang. cccxcv.

Consultatio

bil aliud disputatur nisi an prelegata facta
dicto benedicto imputari sibi debeant in sua
hereditariam portionem et quod non veni
unt imputanda probatur ex verbis dicti testamenti sequen
tibus prelegatum dum instituit dictum benedictum una cum
fratribus suis in omnibus alijs suis bonis equis portioni
bus que qualitas servari non posset si dictus benedictus
prelegata sibi facta imputaret in portionem hereditariam
quam hereditario iure consecutus est cum tamen testa
tor noluerit ipsum benedictum equaliter admittere et verba
illa pro parte sue partis in prelegato posita possunt intelli
gi ut referantur ad partem prelegatorum non hereditatis
quia antequam testator loqueretur de hereditaria portione lo
cutus est de prelegatis. Ad igitur ipsa prelegata ut magis
proxima referantur verba illa pro parte partis sue et quia
si dicta prelegata imputarentur in hereditariam portionem
non perciperet benedictus ea iure prelegati sed iure here
ditario et quia testator voluit dicta prelegata ad eum spe
ctare plenarie non autem spectarent si dicto benedicto im
putaret in hereditariam portionem et quia cum dispositio
concernit plura debet ea pariter terminare. ff. de uul. et pu.
l. iam hoc iure et de leg. iij. l. si legatarius. §. si. Sed cum te
stator inter liberos prelegando disponit non est verisimile
le unum plus altero gravasse et maxime difformi grava
mine ut. l. cum pater. §. evictis. ff. de le. ij. unde propter equa
litatem inter filios observandam et verborum testamen
ti contrarietatem victandam cum hic testatoris intentio
possit dici dubia regulanda est potius secundum iuris ci
vilis censuram secundum quam prelegata regulariter non
imputantur et ita inuenio consuluisse per dictas. iij. ratio
nes egregium utriusque iuris doctorem dominum petrum
de anchorano cuius consilium confirmavit excellentissi
mus legum doc. d. bar. de saliceto addens quod ista que
stio modicum videtur dubia. mouetur quia heredes lega
ta sua debent habere precipua nec veniunt conferenda nec
in hereditate ut comania diuidenda sed cuiuslibet ut precipua
assignanda ut. l. a patre. C. de colla. et l. filie. §. quod autem
eo. ti. propter duplicem rationem. Primo quia prelegatum
percipitur iure extranei non iure heredis ut. o. l. a patre.

Secundo quia testator prelegando nihil reperitur fecit
se sed compelleretur coheredibus communicare legatum sal
uo nisi testator hoc ipsum specialiter derogauerit ut. l. filiam
testamento. e. ti. in fi. Sed testator in proposito hoc non de
signauit specialiter. i. expressum ergo non tenetur comuni
care vel conferre. Nec ob. scdm eum quod testator dis
ponit ad ipsum benedictum pro parte sue partis spectare
quia illa verba collationem vel communicationem non infe
rant necessario scdm eum cum dari possint dictis verbis
Alij vero intellectus affirmando rationes precedentis con
sultoris. et dicit pondera quod dicit pro parte sue partis un
de per prelegata non impleuerat intentionem suam sed p
tem sue intentionis fecerat et aliam postea impleuit cum
equaliter eos instituit. unde non est credendum quod in
stituendo equaliter reuocauerit prelegatum quod patet quia
dicit in alijs suis bonis et cetera seu in residuo bonorum suo
rum et c. unde non est presumendum ita cito reuocasse pre
legatum. ff. de condi. et de. l. nam ad ea unde reuocando
ab uno et non ab alio esset inequalitatem inducere et ge
nerare odium inter filios et ideo talis intellectus non est
presumendus tanquam discrepans a mente testantis et hec
est dictorum consultorum intentio scdm quod constare videt
per exempla unde quia consultores uiderunt meum con
siliam in oppositum et non curarunt consulere contrariuz
scdm de eorum honore seruando animaduerto tantumde
et considerato quod eorum consilia meo iudicio discrepant
a tramite iur. recte intellecti non per cooperationes. Unde
quod iam consului in primitiuo meo consilio eodem mo
do concludo nihil licet quod prelegata facta simoni et paulo de
bonis immobilibus et florenorum mille ante partem ipsi debent
habere precipua p. l. a patre et l. ea que et l. nec emancipari
e. ti. per dy. et cy. in dicta autem ex testamento cum enim pa
ter prelegat et deinde instituit prelegata sunt precipua. ff. de
bere. in si. l. ex facto in pn. la grande. et hoc uerum nisi testa
tor ipsi auri noluerit in legitimam portionem heredi subsequen

ter scripto quia tunc illa seruanda est. hic enim predomi
natur et regit ultimas dispositionum voluntates et distrahit
etiam a proprietate verborum ut. l. in conditionibus et mu
locum. ff. de condi. et demon. in prin. et maxime in. §. hec
scriptura Bar. de lega. i. l. hec verba unde dispositio con
ditionaliter habet pro pura si testator hoc uoluerit quod
autem debeat fieri imputatio in partem hereditariam ubi
testator uoluit uel debeat fieri collatio aut comunitio proba
tur in. d. anten. ex testamento ut. l. filiam testamento. C. de
inoffi. testa. l. si quantum. §. et generaliter quis autem sani
capitis dicere potest quod testator hic signanter et expresse
uoluerit in portionem hereditariam imputari dicto bene
dicto prelegata cum dixerit quod relinquebat eidem pro
parte sue partis quod uerbum partis in nostra materia re
ferri non potest nisi ad partem hereditariam cum nullam
aliam speciem preterderet nisi solummodo id quod tanquam
ad filium decurrere debebat hereditario iure cum sumus
in materia uniuersalis successionis deferende et sic uerbum
portionis referatur ad quorundam hereditatis et non bono
rum. ff. de here. in si. l. seruum. §. hereditas et l. i. §. diuus
pius eo. ti. de lega. i. l. non amplius. §. cum bonorum. Quia
ergo sic placuerit testanti aliud non inquirimus nisi quia
sic testator uoluit sic que testator disposuit. Unde conclu
dendo dico quod si benedictus in prelegatis habeat tantum
quod faciat partem hereditatis sibi contingentem nihil de
bonorum residuo consequatur quia testator uoluit si autem
minus habuerit supplebitur de residuo. Hunc respon
deo sigillatim ad rationes in contrarium obiectas et primo
ad primam dum testator subiunxit quod in alijs suis bo
nis equis portionibus heredes instituit benedictum pau
lum et simonem. unde non esset equalitas et audi et bene
pondera quod dicti consultores non aduerterunt. Nam institu
tio licet sit facta in alijs bonis exceptis iudicijs et legatis
ut moris est tamen illa exceptio reprobarur ne uideatur tes
tator pro parte testatus et pro parte intestatus decessisse
et pro tanto institui in alijs bonis uel in residuo bonorum
capiunt una cum alijs bonis predictis legata et prelegata
et sunt heredes ex uniuerso tamen cum onere legatorum
et prelegatorum. ff. de heredi. in si. l. si ita quis heres insti
tutus fuerit excepto fundo et ideo benedictus et fratres
in uniuerso patrimonio successerunt ut heredes sed uicis
sim cum onere legatorum ita quod uniuersaliter ad heredi
tatem uniuersaliter inspiratus fuit sicut si testator intestat
decessisset et ad prestationem prelegatorum quilibet ipso
vicisim teneretur prout testator disposuit quod benedictus
habeat prelegatum pro parte tamen sue partis quod uer
bum bene sciuit testator apponere in prelegatis aliorum
filiorum si uoluisset. Sed aliqua ratione motus non sic fe
cit aut etiam quia sic sibi placuit ut infra subuertam. falsa
est ergo ratio quia illa uerba pro parte partis referunt ad
partem partis prelegatorum doceat enim me ubi est pars
integra que prelegari iur. filiorum alicui debeat iur. eum
non inueniet partem partis et per consequens nec totum
decessoria ergo est dicta relatio et quia in nulla parte testa
menti testator usus fuit uerbo portionis uel partis nisi qua
tenus infra subiunxit in uniuersali institutione dum dixit
pro equis portionibus et c. ut sic de alteri partis pre possit
intelligi ergo ad istam portionem necessario non est ficta
relatio ut. l. si seruus plurium. §. si. de lega. i. Non ob. secu
da ratio quod si benedictus in portione hereditatis impu
taret nihil plus iure prelegati perciperet quia et hoc plus
quam falsum est. Nam comodum huius prelegati est in hoc
ut licet imputet in hereditariam portionem tamen in diui
sione non eo inuito sed habebit illud sibi precipuum licet
alia bona ueniant diuidenda. C. fa. her. l. filium quem ha
bentes et in hoc seruari potest magna comoditas dicti be
nedicti ex eo forsitan quod habebat predia conuicina uel quod
ad illa predia afficiebatur propter memoriam antiquorum
suorum quorum fuerant uel quia ipse erat mercator et ha
bendo fundicos et apothecas sibi redditas fundabat
auxamentum sue mercature quod multum ualet ipsi mer
catozi licet predium ipsum plari precio non eximeretur uel
quia inter predia testatoris illa erant predia prelecta. C.
de admi. tuto. l. lex que tutores. ff. si quis in frau. pa. l. i. §.
sed si rem de bo. liber. libertus de leg. i. l. si cui per glo. no.
in. l. si in emptione. ff. de mino. Unde forsitan ex dictis co
siderationibus aut eorum altera testator moueri potuit ad
grauandum eum ut haberet pro parte partis sue. Consi